

SERENISSIME ATQUE
ILLUSTRISSE PRIN-
CEPS ELECTOR,

Domine Clementissime,

Aelianus, lib. i. var. hist. c. 31. refert, Legem ha-
buisse Persas, quam religiosissime observa-
rint, ut Regi iter facienti pro se quisq; omnes mu-
nera offerrent; alii boves aut oves; alii fruges aut
vinum; alii, & tenuioris fortunæ, lac, palmas, ca-
seum, poma, fructusq; alios, singuli pro suis facul-
tatibus. Atq; idem, cap. seq. tradit, Persam quen-
dam Sinætam, cum procul à suo tugurio casu Ar-
taxerxi occurrisset, nec præ manibus, quod Regi
offerret, haberet, ne officio suo deesset, ad proxi-
mum fluvium cursu contendisse, & utraq; vola a-
quam hausisse, Regiq; cum ista acclamatione, ob-
tulisse: *O Rex, Artaxerxes, seculum regnes.* Quo
facto & munere a deo delectatus est Artaxerxes,
ut aurea phiala de manibus ejus aquam excipi jus-
serit, hominemq; stola Persica, mille Daricis, &
phiala aurea, qua aquam è fluvio illo biberet, do-
naverit. Eandem rem, si non eodem modo, eo-
dem tamen affectu, harum regionum incolæ nunc
agunt. Posteaquam enim Deo Opt. Max. visum
fuit, Serenissimum atq; Illustrissimum Principem
ac Do-